

III^a pars. De passagio sancti regis Lodovici in Tunisiam.

MCCCLXX^o mense Julii rex Francie Lodovicus passa-
gium fecit versus Tunisiam cum grandi exercitu, eo
quod transpictantibus^a magnam daret impedimentum;
habuitque secum Theobaldum regem Navarre
et uxorem eius, filiam regis Francie, fratrem
suum comitem Tholosanum et Nivernensem,
filios suos Philippum qui ei succedere debebat
in regno, et Johannem Tristandum ceterosque ba-
rones ac populi multitudinem. // Legatus etiam
erat Odoardus filius regis Anglie. Sed iste iussu
Terreni Sancti, forte putans illic iussu regem,
ibi habuit Saracenum valde familiarem, qui
facile intrabat ad eum, et cum surrexisset ab-
quando a sompno, meridiano, ab isto Saraceno cum
gladio venenato percussus, pluresque percussus
Saracenum eodem occidit gladio, de vulneribus
cum difficultate curatus. // Veniens itaque rex in 1186.
Garbum castrametatus est in qua^b dicitur certa
casae. Tunc quoque rex Karolus requiritur, et in au-
xilium vadit regi Lodovico fratri. Nam cum intras-
set rex Lodovicus regiones Castaginis, Ephythina
statim^c invasit exercitum, et ipse rex informatus,
in infirmitate semper laudare non cessans, ora-
tionem illam sepe intervertebat: *Tha nos pro
tuo amore prospera mundi despicere et nulla
eius adversa forvidare, et pro populo orabere. Ego
plebi tue sanctificator et custos, et quam tibi
facis esse devotam, benigno refertur universatus
auxilio. Et appropinquans ad finem, celum sub-
opiciens ait: Intrabo in domum tuam, adorabo ad
templum sanctum tuum. Quo dicto obdormivit
in domo. secumque filius Johannes Tristandus
ceterique eius sanguine iuncti quam omnes preter
Philippum. Post hec rex Karolus in auxilium*

et transpictantibus c.

99^o

et add. ad ill.